Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



scorum & domestici dei. supedificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide xpo ihu. In quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coedificamini in habitaculum dei in spiritu. Benedictus deus & pater Ad ephesios Benedictus deus & pater domini nostri ihu xpi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in xo. sicut elegit nos in ipso. ante mundi constitutionem. ut essemus sancti. & immaculati in conspectu eius in karitate. Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per ihum xpm in ipsum. secundum propositum voluntatis sue in laudem glie sue in qua gloificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum. secundum diuitias gratie sue. que superabundauit in nobis per ihum xpm dominum nostrum. Secundum Johannem In illo tempore. Dixit ihs. d. s. Hoc est preceptum meum. ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis. si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos. quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos. quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis. sed ego elegi uos. & posui uos ut eatis & fructum afferatis. & fructus uester maneat. ut quicumque petieritis patrem in nomine meo det uobis. S lucam In illo tempore. Designauit dominus & alios septuaginta duos discipulos. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo ipse erat ueniturus. & dicebat illis. Messis quidem multa. operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis. ut mittat operarios in messem suam. Ite. ecce ego

270